

Illustris Domine,

Hortantibus auctoribusq; hic aliquot annis, viris pie  
eruditis, ut, relictis ac res sibi suas habere jussis, profa-  
nis, quæ in Exitium usq; mihi dulces fuerunt, Illis is  
post Psalmos, non sine applausu exceptos, et, quod in hoc  
omnium est, tuo Catonis calculo probatos, post Iobum  
feliciter a me, ut uno omnes qui viderunt ore et stabantibus  
versu redditum, quam in itinere heu! Britannico serva-  
tum in sacra porro pœsi perservatam, quamquam  
valde me cruciat amissus Iobis meus, qui jam dudum  
forti iterum in sterquilino gemit, aut factus est pipitis  
cucullus, aut Annalium Volusi cacata chartæ, instar,  
ad Analytica posteriora, quæ ad laboris missibus  
nihil spirant, ~~est damnatus~~ aut ad patium, sed non  
Thraseam, ad innocuos calices, et amicam vatibus  
herbam, est damnatus, collecto tamen tandem animo,  
Thronos Jeremie cum Cantico Canticorum, vernaculo,  
secundum novam sacri codicis versione, carminibus  
nobis carmine reddendos suscipi. Hæc opuscula cum car-  
ceribus jam mordiant, lucemq; adeo brevi, urgentibus  
editionem, qui suscipiendi hujus qualiscumq; laboris autho-  
res facere, bonis, spero, avibus visura sint, oro quæsoq;  
ut epigrammate iterum aliquo me digneris.

quamquam impatientissimè  
fero patientissimè illum  
virum mihi eripitum,

Sic, quod ab ingenio Domini sperare nequeant,  
Debeant genio carmina nostratice.

Horne. propriæ  
Cal. Decembri.  
1661.  
Raptiss. inter hypographi  
opinationem, scriptis  
indistinctissimæq; inter-  
pilationis

In hoc felici ordine desino

Illustris Dne

Tuus ex asse  
cliens

Henricus Bruno.

Hug. 37.

BRUNO  
HUGO



